

riantes *Lectiones, Emendationes, Annotatationes & Indices Necessarii.* Curâ & Operâ Johannis Potteri,
A. M. & Collegii Lincolniensis Societ' Oxonii, è
Theatro Sheldoniano, An. Dom. 1697.

I. *A Letter from Dr. Charles Morley to Dr. Bernard Conner, F. R. S. giving an Account of the Bones of a Fætus voided per Anum, some Years after Conception.*

QUONIAM Literas meas, Vir Doctissime, de præternaturali Fætū excretionē nuper ad te conscriptas coram Illustrissimâ Societate Regiâ communicare tibi visum fuerit, quin & insuper à me exigis ut in ejusdem monstrij disquisitione ulterius prosequendâ persistam. En tibi quicquid super hâc re comperire potuit summa mea diligentia: Ego enim cum puerperium istud Quadraginta pñè Annorum interventu à nobis remotum esse considerarem; licet metuerim ut circumstantiæ omnes tanto temporis situ obscuratæ in lucem vindicari à nobis ægrè possint, ut vestræ tam expectatiæ, & singulariæ meæ erga Societatem observantia aliquantulum satisfaciam; tentanda omnia, & adeundas illico omnes censu, siquæ oculatæ olim testes, casum tam memorabilem & certius confirmare possent, & plenius patefacere: Rem itaq; omnem prout ab ipsis Puerperæ amicis & familiaribus relata mihi erat, sic Accipe Mulier quædam plebeia, sed non inconcinna, Nomine Maria Kid, 30 circiter Annos nata, Fætus antea enixa, habitans in pago dicto Swasy, &c. circa Annum 1658. imprægnata cepit utero ingravescere, per totum Gravidationis

tioniis decursum ordinaria Symptomata, suo quæq; tempore,
 se ostendebant ; obſtetricem tandem accerſit, & expectatos
 parturientium dolores paſſa eſt : Quod cùm post aliquot
 dies nihil promoveri ſentiret, & remittente dolore om-
 ni ſupereret tamen abdominalis Tumor ; admirabunda animi,
 ad uſitata tamen munia ſeſe conſert ; Excurrit alter An-
 nus integer, at illa à ventris onere neutiquam liberata
 eſt, excurrit & ſemialter, manent miferiae. Attonita
 itaq; Mulier, & quo ſe vertat ignara, opem tamen aliun-
 de petendam ſibi eſſe non ignorat, & Morbum ſuum ex-
 traordinarium extraordinariori remedio tentat abigere :
 Erat enim tunc temporis in oppido Sti. Ieronis Rusticus qui-
 dam, & absurdus plane, folidusq; homo, qui cum filius
 eſſet natu septimus, id eſt à Patre masculinâ virtute pre-
 dito in numero myſtico progigneretur ; occultâ qualitate in
 medicum non incelebrem fortunato evaſerat, & proprietate
 nascendi consecratus eſt in Mർborum terriculamentum :
 Hic vir itaq; ſive Arcanum hocce Medicum, cùm ad Mi-
 seram accerſeretur, non ingrato quopiam medicamine, ſed
 mera loci affecti attrectatione opitalaturum ſe pollicetur.
 Credidit Ægra, (tantum religio potuit ſuadere) convocatis
 itaq; vicinis mulierculis, diſciſſaq; circa utrumq; hypo-
 chondrium camiſā ventrem ſuum ambabus Manibus
 demulcendum Ægra präbuit : Iſta vero uteri quaſi
 Benedictione finitā, cystim ligneam parare jufſa eſt,
 & quicquid utero exiret, in eā recondere : Nulla
 mora, in präſto ſtat arca ; poſt duas circiter hebdoma-
 das Officulum non per uterinas vias, ſed per Anum rejici-
 tur, & per aliquot temporis intervalla Alta permulta
 excernuntur ; quamdiu enim ultra ſtatutos gravidationis
 terminos utero intumuerat Mulier, tantundem plane tem-
 poris in deficiendis iſtis ſedibus oſſeis emenſa eſt. In Ar-
 cam omnia religioſiſſime reponuntur oſſa, quoruſa: cantus erat
 numerus, tot diſtinctæ apparebant calvariae, ut tres Fæ-
 zus in utero materno tam diu intumulatos jacuiſſe omnes
 exiſſe

Existimarent : Quæ enim Arcam istam cum Contentis & viderunt, & apud se aliquandiu asservarunt, multæ in promptu mihi sunt Testes, fide dignæ ; at in Quarum manib[us] ultimò resedit Arca, neque exploratione ul[icet] à hacten nūs indagare potui, neque ulteriūs explorare supersedebo. Ipsam vero matrem post tam diuturnas cadaverosi partūs ærumnas incolumen tamen præstitit n[on] p[ro]p[ter]a, v[er]o in p[ro]p[ter]a, & quem priūs abscessum pro Fætūs exitu molita erat, eadem jam resarcivit, & sic Quæ priūs obstetricis, jam Medici partes agebat. At tantis beneficiis frui nescivit inconsulta Mulieris temeritas, post duos enim Annos cum ad Nundinas Sturbrigenses prope Cantabrigiam habitas, Equo successore ueheretur, recrudescente, ob motus violentiā ulcere Extincta est.

Sum Tuus, &c.